

N. 31.

A. D. 1099.

(luglio, Indiz. VII).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Petracca not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang., si restringe d. p.: alt. 0,38, largh. d. c. 0,17, d. p. 0,13.
<i>Scrittura</i>	Corsiva con spiccata fisionomia di minuscola.
<i>Contenuto</i>	<i>Iohannes, qui dicitur grecus, patricius, f. Stefani qui et Rabella, de tramunte de Amalfi, dona sè e i suoi beni alla chiesa di s. Nicola di Bari e nelle mani del suo rettore l'arcivescovo Helias.</i>
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno incarnationis domini nostri iesu christi millesimo nonogesimo nono. mense iulii septima indictione. Ego Iohannes qui dicitur grecus imperialis patricius f. Stefani qui et rabella dicitur. qui fuit de tramunte de Amalfi bona mea voluntate intus civitate Bari. Pro dei amore et sancti Nicolay et mercede anime mee. presentia bonorum et nobilium hominum testium subscriptorum per comam capitis mei trado et offero me cum omni causa mea ad ecclesia affati sancti Nicolay ubi sancte eius reliquie iacent de hac civitate quam recepita me vice de supradicta sancta ecclesia ab altare de iamdicta sancta ecclesia ubi sancte ipse reliquie iacent dominus noster Helias honorabilis archiepiscopus de prefata civitate. Eo quidem modo. ut post hobitum meum omni causa mea sit de prefata sancta ecclesia ad trasactum. et licentiam habeat iamdictus dominus noster archiepiscopus vel alios rectores de affata sancta ecclesia querere et levare tota ipsa causa mea ubicumque illam invenerint et facere exinde omnia que voluerint sine requisitione et contrarietate de omnes heredes et parentes meos vel de cuiuscumque. Et non habeam licentiam de ista supradicta mea oblatione et traditione exire et in aliquo eam mutare quesiero (*sic*) quomodocumque per nullum ordinem de nulla causa mea. Ad obitum meum habeam potestatem dare et alienare vel offerre in alia parte per nullam inventam rationem quod si facere temptavero sit firmum vel stabile et omni anno de festivitate affati sancti Nicolay unum solidum bonum michalatum. Unde pro firmandam et stabiliscendam semper istam supradictam meam oblationem et traditionem in prefinito ordine et ratione bona mea voluntate ego qs. Iohannes guadium ad predictum dominum nostrum archiepiscopum dedi quam recepit vice de affata sancta ecclesia una cum Ioannizzi f. Theofilacti imperialis protospatario suo advocatore et me ipsum mediatorem posui. Ut ego stem in ista supradicta mea oblatione et traditione. et omnia predicta faciam et adimpleam ad ipsa sancta ecclesia sicut superius per ordinem est intimatum. Et si taliter facere et adimplere noluero et de hoc facto exire et in aliquo illud mutare quesiero quomodocumque dem penam centum aureos solidos et centum in domnico et ea que preleguntur ex iamdicta mea oblatione et traditione inviti adimpleam. Per districtum meipsum oblatozem mediatorem et obligatozem. qui eidem domino nostro Archiepiscopo et ad rectores de affata sancta ecclesia tribui li-

centiam pignerare me et meos heredes per omnes causas nostras et pignera legitima et in-
legitima sine calumnia quodcumque nobis ubicumque invenerint donec fecerimus et com- 30
pleverimus omnia ut per ordinem continet supra. Et hanc cartulam scripsit Petracca notarius
qui interfuit cum istis subscriptis testibus.

† Ego Libonis testis sum.

† Ego Miro testis sum.